

AVITA
PIETAS
COMITUM SCHYRENSIUM
In Perpetuum Memnosophon ;
HONORI, AMORI, AC PIETATI
NATALIZANTIS
REVEREND^{MI}, PERILLUSTRIS, ac AMPL^{MI}
DOMINI, DOMINI
JOACHIMI
Antiquissimi, & Exempti Monasterii
Schyrensis, Ord. S. P. Benedicti
ABBATIS
Vigilantissimi,
Nec non Congregationis Benedictino - Bavaricæ
VISITATORIS
Dignissimi dicata,
ET IN SCENAM DATA SCHYRAE
DIE XXVI. MENSIS AUGUSTI
M. DCC. LX.

TYPIS MONASTERII TEGERNSENSIS.

W DCC LX

THEATRUM MONASTERICORUM SENSINIANORUM

DET IN SCENAM DYTIA SCHYRAE

ABBATES VISITATORIS

MEC' NUN CONVITATIONIS BEGEIGILIO · BASILEA

SCENAS · QD' R. BEGEIGILIO

AUDIENDI LIBRI · EXEMPLAR MUNIFICENTI

JOACHIMI

DOMINI MINI

NATALIS ANTI

HONORI AMORI AC PIETATI

PRECERIT · MELLOVULON

COMITUM SCHYRENSIUM

PIETAS

AVATA



ARGUMENTUM.



"non iurita"
Omini // Minervâ educato
longè jucundissimum acci-
dit , nobiliora fortissimo-
rum Heroum facinora cre-
briore memoria voluntare ;
aut enim ad sui imitationem excitant ani-
mum non serpentem humi , aut certè
admirationem imprimunt non modicam.
Hæc inter celeberrimum censeo factum
illud aureis litteris cedro inscribendum ,
quo Comites Schyrenses suam gentili-
tiam arcem , *Schyra* dictam , Dei , Deipa-
ræque , ac Divi Benedicti Honoribus
perpetuis consecrârunt. Castrum hoc
erat famosissimum , quod Arnulphus
Imperator condidisse fertur , qui pri-
mum hic Lapidem , Regiamque (ut
Aventinus loquitur) sedem sibi , suisque
Successoribus posuit. Prodiere labenti-

bus sæculis ex hac domo velut ex agro
fertilissimo tot Duces, ut Tiguri ad ludos
equestris triginta quatuor comparuerint.
Eo verò tempore, quo Castrum Schy-
rense S. Benedicti filiis cessit, Quindecim
numerabantur, quorum omnium inter-
erat, hac super cessione consuli. Lon-
ga Deliberatione causa hæc pro gravi-
tatis momento trahebatur, variis in va-
rias sententias abeuntibus, donec tan-
dem urgente comprimis Reverendissi-
mo Brunone Abbe Usenhuviensi præ-
dicta Cessio evicta fuit. Ita *Chron. Schyrense.*
Hoc igitur factum Clarissimum in Sce-
nam dare statuimus, ut exin omnes
Schyrensibus bene addicti indelebilem
grati animi nostri affectum in pienissi-
mos nostros Fundatores, & Benefa-
ctores maximos legere possint.

Scena figitur in loco Fundationis.



PROLOGUS

Religionem Benedictinam sub horti specie exhibet , in quo novam arborēm plantat Schyra.

ACTUS PRIMUS.

Piissimum ædificandi Monasterii Schyrensis negotium felicissimè inchoatur.

SCENA I.

Conradus Comes Dachaviensis è somno expergefatus , somnium Monasterii à se ædificandi prodromum , Diettmaro Consiliario suo narrat , qui

SCENA II.

Jam aliunde hac de re instructus Erbonem arcis Praefectum jurejurando obstringit , ut se huic S. Proposito pro viribus opponat , sed incassum ;

SCENA III.

Nam Otto Conradi Germanus, Usenhuvio redux poene
omnes Comites in ædificationem Monasterii consensisse
narrat ,

SCENA IV.

Quæ res unà cum somnio magnos in Conrado fluctus
excitat ,

SCENA V.

Quos Davus Morio aulicus suis facetiis aut lenire ,
aut sedare conatur ; at inexpectato Beaticis , Conradi ,
& Ottonis Matris adventu interrumpuntur .

CHORUS PRIMUS.

Cupido (per licentiam Theatralem Veneri sub-
stitutus) in suis ædibus securus , ac triumphans
repente ab Adonide turbatur , qui imminentem
à Christiana Religione ruinam denuntiat .

SCENA I.

Quæcunq; Gouesse Diversitatem a coquoque
tempore, locumque Mactificiū & magnitudinem
utrum, Diuturno Gouttoso, quo nesci
scimus.

SCENA II.

Quæcunq; Gouesse Diversitatem a coquoque
tempore, locumque Mactificiū & magnitudinem
utrum, Diuturno Gouttoso, quo nesci
scimus.

ACTUS



ACTUS SECUNDUS.

Crebra , quæ se ædificationi opponunt, obstacula exhibentur.

SCENA I.

Dlettmarus , & Gottschalkus jurati Monachorum hostes mira solicitudine ob Beatricis adventum agitantur.

SCENA II.

Quos Davus Morio novis deludit facetijs.

SCENA III.

Dum interea Wulframus Legatus Conrado , ut cæterorum Comitum cognatorum suorum sententiæ accedat , persuadere conatur , sed frustra ;

SCENA IV.

Quare Wulframus laborem frustraneum Ottoni conquestus , ab hoc ad Beatricem mittitur.

SCE-

SCENA V.

Otto autem , dum Conradum novis Argumentis urget , littus se arare experitur ; hinc animo commotus discedit.

SCENA VI.

Post cuius abitum novam Scenam orditur Davus.

CHORUS SECUNDUS.

Constantinus destructo Cupidinis fano , Deo vero Ecclesiam exstruit , in qua à Religione Catholica Dominica Crux honorifice collocatur.



ACTUS TERTIUS.

**Superatis tandem impedimentis
Ædificatio , ac Dotatio Monasterii
decernitur.**

SCENA I.

COnradus seria Ottonis exhortatione ditioni jam proximior quieti indulget aliquantulum ,

SCE-

SCENA II.

Otto verò ob longiorem Couradi moram Ei impe-
dens animæ exitium præfagit,

SCENA III.

Quod somnianti exhibetur, dum justitia vindictam mi-
natur, quam tamen gratia victrix prohibet.

SCENA IV.

Tandem subita Eckardi Comitis Schyrensis convercio-
ne, quam ex litteris ab ipso personato Eckardo allatis in-
telligit, vehementer commovetur.

SCENA V.

Diettmarus se proditum audiens, violentas sibi manus
injicit, Erbo autem fugam meditatus

SCENA VI.

A Wulframo capit. Eckardus, qui hucusque sub vi-
libus centonibus delituit, à Conrado, & Ottone agnitus,
Conradum in suam trahit sententiam, omnésque unani-
mi calculo Monasterii ædificationem statuunt.

SCENA VII.

Gottschalkus cum Erbone in gratiam recipiuntur.



)(

Mo-

Modulos Musicos composuit

Plurimum Reverendus, Eximius, ac Doctissimus D. Franciscus Kaltner, SS. Theologiæ, ac SS. Can. Candidatus,
& p. t. Parochus in Glon Zelosissimus.

PERSONÆ CANENTES.

Schyra.

Pietas.

Mundus.

Cupido.

Adonis.

Cleander Sacerdos Cupidinis.

Constantinus Magnus.

Religio.

Chorus Hortulanorum *in Prologo.*

Chorus Poparum *in Choro Primo.*

Chorus Satelliticum *in Choro Secundo.*

PERSONÆ AGENTES.

Conradus Comes Dachaviensis.

Otto Conradi Germanus.

Eckardus.

Wulframus Legatus Dachaviensis.

Diettmarus Conrado à Consiliis.

Erbo Arcis Schyrensis Praefectus.

Gottschalkus Ottonis Cubicularius.

Davus Morio Aulicus.

Ut in omnibus glorificetur
DEUS.

MO

XX